hy pols.

tabat nisi quia ignorantiam
discipuli demonstrabat. Et for
te in demonstratione ignoran
tie discipuli aliquid significa
vit. Apparebit ergo cum ip
sum sacramentum de quinque
panibus ceperit nobis loqui
et quid significet indicari. Ibi
cum invenimus quare do
minus hoc secundum ignorantiam
discipuli voluit interrogando
quod sciebat ostendere. T. decem a

Cum sublevasset oculos
ihesus et cum vidisset maximam
multitudinem venientem ad se
dixit ad philippum unde ememus
panes ut manducent hii ipse
enim sciebat quid esset factu
rus. Evovae. De quinque
panibus et duobus piscibus sa
tiavit dominus quinque milia ho
minum. Evovae. Iacta

vit dominus quinque […]
nium de quinque panibus […]
piscibus. Evovae.
homines cum vidissent
fecerat signum dicebant
est vere propheta qui
est in mundum. Evovae.
In illo t. d. i. d. s. Parabo[lam]
Simile est regnum ce[lorum]
homini qui seminavit
semen in agro suo. Et re[liqua]
Aliam parabolam […]
illis dicens. Simi[le]
regnum celorum homini […]
navit bonum semen in ag[ro]
Cum autem dormirent ho[mines]
venit inimicus eius […]
minavit zizania in m[edio]
tritici et abiit. Hec secunda pa[rabola]
cum interpretatione s[ua]
statim posita. Sed inte[rpositis]
aliis parabolis edisse[ritur]
tunc cum [monitur]
dimissis turbis venit
in domum et accedunt ad eum